



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Laurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

171. Nvm interponere possit auctoritatem & decretum in actibus
voluntariæ jurisdictionis sine speciali mandato Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

PARAGRAPHUM X.

De potestate Vicarii in variis
standi suum consensum, auctori-
tatem, aut dandi licentiam.

*Questio 171. An Vicarius interponere possit
auctoritatem suam, & decretum in actibus
voluntarie jurisdictionis sine speciali man-
dato Episcopi?*

Episcopalem, ut Sbroz. l. cit. num. 1.) ad ordines, etiam sacros, de speciali commissione Episcopi supponunt AA. citati, & expresse tradit Sbroz. l. c. n. 8. citatis Mandos. ubi ante num. 10. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 47. Roland. conf. 4. num. 19. in 1. & c. subdit etiam expresse Sbroz. num. 11. in fine ex Rollaad. & Jo. And. Vicarium habentem ad hoc speciale mandatum posse etiam praesente Episcopo dimissorias concedere, non requisita alia Episcopi sententia.

2. De cetero limitatur responsio, ut Vicarius dimissorias concedere possit sine speciali commissione, ubi Episcopus degit in remotis, Fagn. Laym. Pax Jord. Pirh. Barbos. Pignat. Ventrigl. (qui etiam addit, posse in hoc casu Vicarium per seipsum conferre ordines, dum est Episcopus) Sbroz. loci cit. juxta cit. c. cum nullus, §. inferiores. Monet Sbroz. num. 12. uti & Piacel. l. cit. num. 10. apud Laym. cit. num. 2. non esse satistutum, quod Vicarius absente Episcopo sine speciali mandato dimissorias concedat. Probat hoc ipsum num. 13. exemplo Archidiaconi, qui absente Episcopo est ejus Vicarius ipso jure, & tamen absente Episcopo dimissorias illas concedere nequit juxta Gl. in c. significasti, v. literas. & ibidem Hofst. & Abb. not. 2. Valere autem argumentum a potestate Archidiaconi ad Vicarium Episcopi dicit num. 14. ex Mariana Socin. in c. sicut unire, de excess. Prælator. num. 45. Innoc. & Jo. And. in c. ad hæc, de offic. Archid. v. ardua. Verum in hoc consuetudinem spectandam esse, & quæ sit mens Episcopi absentis, ait Laym. remittens ad declarationem super Trident. Sess. 23. c. 10. Porro quandam ad hunc effectum Episcopus censeatur versari in remotis, non pariter definiunt Authores. Nam primò censet Riccius in pr. p. 2. resolut. 18. ad quem remittit Barbos. Episcopum tunc censeri degere in remotis, quando est ultramontes, secus, si intra montes, innixus dispositioni c. nihil, de elect. ubi quis dicitur valde remotus, quando moratur extra Italiam. Verum Riccium merito reprobat Genuens. in pr. c. n. Archiepisc. Neapol. c. 83. num. 12. & cum eo Ventrigl. l. cit. eò quod in præsentem casu non requiratur, ut Episcopus sit valde remotus, sed tantum, ut sit remotus sine dictione valde, ut dicitur cit. c. cum nullus. Eandem Riccii doctrinam ex eo reprobat Pax Jord. l. cit. num. 130. quod præterquam id non deserviat generaliter pro ceteris Christiani orbis Episcopis, potest quis existens intra Italiam esse magis remotus à sua Ecclesia, quam si existeret extra Italiam, ut patet. Genuensis verò & cum eo Ventrigl. dicens hanc esse originalem Glossæ opinionem in c. cum nullus, v. remotis, à qua recedendum non sit, volunt, tunc dicendum Episcopum agere in remotis, quando moratur extra provinciam ad duas diætas. Pax Jordanus denique censet, quandonam Episcopus moratur in remotis, relinquendum arbitrio boni viri. Pro quo citat eandem Gl. in c. nullus, v. remotis. & ait, huic concinere Hofst. in c. relatum, de sent. excommunicat. Archid. Jo. And. & c.

3. Illud tamen etiam hic notandum ex Sbroz. l. cit. num. 9. & Fagn. l. cit. juxta principia generalia à nobis supra proposita, nimirum, quod si Vicario in generali commissione Vicariatus, aut extra, commissi essent casus quidam speciales, seu speciale mandatum requirentes cum clausula: *super præmissis, & in omnibus aliis ad nos spectantibus*; possit concedere etiam dimissorias in vim dictæ clausulæ, nisi ut monuimus supra, dicti casus speciales expressi essent minus ardui quam concessio dimissoriarum.

P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. 1.

1. Respondet affirmativè Sbroz. l. 2. q. 195. n. 2. & licet expresse non addat, quod id possit sine speciali mandato Episcopi, id ipsum tamen illum sentire patet ex ejus rationibus, citat pro hoc Jo. And. in c. licet, de offic. Vicarii, in 6. Milis. in re-pertor. v. Vicarius Episcopi. Redoan. tr. de reb. Eccl. non alien. rubric. de Author. Prælat. in alienat. interpon. Gabriel. conf. 200. num. 2. & 3. Paviu. de potest. capit. sed. vac. p. 1. q. 2. num. 11. Corn. conf. 181. num. 39. in 2. & plures alios contra Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 104. & 184. Roman. singul. 693. Tholo-san. decis. 97. Bald. conf. 475. num. 2. vol. 1. Socin. conf. 91. col. 2. num. 9. vol. 4. Barbat. conf. 40. col. 3. num. 3. Cuch. instit. juris. can. de Vicar. Episc. n. 105. & c. quos citat Sbroz. l. cit. num. 1. & 2. & qui tres potestri in terminis docent, quod Vicarius nequeat interponere decretum sine speciali mandato. Probat suam sententiam Sbroz. l. cit. num. 7. ex l. nempe. l. suggerente, c. de off. ejus, qui vicem alter. obt. juncta gl. v. Vicarius; ubi Vicarii Præsulum seu Rectorum habent auctoritatem dandi tutores, & curatores petentibus, & interponendi decretum ad alienandum res Minorum, & similia, & ad emancipationes celebrandas. Probat & ratione num. 8. quia nimirum Vicarius regulariter omnia potest, quæ is, cujus vices gerit; adeoque auctoritatem interponere potest sicut Episcopus. Tunc etiam, quia v. g. interponere auctoritatem in alienationibus Ecclesiæ est jurisdictionis, ut Feder. de Senis conf. 30. Abb. in c. cum olim, de major. & obedient. col. 4. & ea, quæ sunt jurisdictionis transeunt in Vicarium generalem Episcopi.

2. Limitat hanc suam doctrinam Sbroz. num. 10. ut non procedat in actibus, in quibus potestas interponendi consensum vel auctoritatem competit Episcopo tantum de consuetudine. Item in collationibus & permutationibus beneficiorum, aliisque casibus in jure exceptis; quin & ubi, dum requiritur interpositio auctoritatis Episcopalis, videtur esse electa industria personæ, ne quidem de mandato Episcopi poterit Vicarius loco illius interponere auctoritatem suam. Atque vel ex hac ipsa limitatione patet, ad propositam questionem vix generaliter responderi potuisse. Unde in particulari necesse est formare questiones.

Questio 172. Num Vicarius sine speciale mandato possit præstare consensum pro fundatione novorum monasteriorum?

1. Respondeo non posse illum sine speciali mandato seu commissione concedere licentiam edificandi nova monasteria & conventus in loco suæ diocesis. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 196. Barbos. de potest. Episc. allegat. § 4. n. 89. ubi expresse:

F 2

nec